

THE SARUM RITE
Breviarium Sarisburiense cum nota.

Tome B.
Fascicule 5.
Pagine 223-263.

Proprium de tempore.
Adventus.
Dominica iiij.
Ebdomada iiij.

Edited by William Renwick.

HAMILTON ONTARIO.
THE GREGORIAN INSTITUTE OF CANADA.
MMVII.

The Sarum Rite is published by The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada, c/o School of the Arts, McMaster University, 1280 Main Street West, Hamilton, Ontario, Canada L8S 4L8. The Gregorian Institute of Canada is affiliated with the School of the Arts, McMaster University.

The Sarum Rite is distributed over the internet through .pdf files located at: www.sarum-chant.ca

This document first published July 1, 2007.

Revised December 2007, July 2008, April 2011, July 2022.

All rights reserved. This publication may be downloaded and stored on personal computers, and may be printed for purposes of research, study, education, and performance. No part of this publication may be uploaded, printed for sale or distribution, or otherwise transmitted or sold, without the prior permission in writing of the Gregorian Institute of Canada.

The Gregorian Institute of Canada/L'Institut grégorien du Canada is a charitable organization registered by the Federal Government of Canada.

www.gregorian.ca

© The Gregorian Institute of Canada, 2007.

[*Pica de dominica quarta adventus.*]

- A.** **¶** Littera dominicalis **A.** totum servitium de dominica usque ad versiculum iij. [21r.] nocturni [exclusive]¹ : deinde totum servitium de vigilia. Invitatorium [de vigilia nativitatis Domini]² *Hódie sciétis.* 263. Ad matutinas memoria de dominica cum missa dominicali in capitulo cum prima et horis sicut notatum est in vigilia absque psalmo *Deus Deus meus respice.* [et iv. proxime sequentibus].³
- Dominica infra octavas de sancto Silvestro : et medie lectiones de nativitate cum *℣.* et *℞.* de ij. nocturno.
- Dominica infra octavas Epyphanie de servitio octavarum et memoria de martyribus [Luciano et sociis].⁴
- B.** **¶** Littera dominicalis **B.** totum servitium de dominica.
- Feria ij. v. et vj. de commemorationibus.
- Feria 3. de feria : missa de vigilia sancti Thome.
- Dominica sequente de nativitate Christi.
- Sabbato de sancto Silvestro : medie lectiones de nativitate Christi : cum *℣.* et *℞.* de 2. nocturno.
- C.** **¶** Littera dominicalis **C.** totum servitium de dominica. Ad 1. Vesperas *℞.* *Non auferétur.* 229.
- Feria 2. de feria usque ad missam que erit de vigilia [sancti Thome apostoli],⁵ *℞.* hystorie dominicalis.
- Feria 3. de [sancto Thoma]⁶ apostolo. Ad secundas vespere solennis memoria festi loci : de adventu et de sancta Maria cum antiphona *Beáta es.* 88.
- Feria 4. et 5. de commemoratione.
- Feria 6. totum servitium de vigilia nativitatis.
- D.** **¶** Littera dominicalis **D.** totum servitium de dominica : nichil de vigilia nisi memoria tantum ad altam missam. 2. vespere erunt de sancto Thoma [apostolo]⁷ : et solennis memoria de dominica et sancta Maria.
- Feria 3. et 4. de commemoratione.
- Feria 5. de vigilia [nativitatis Domini].⁸
- Dominica infra octavas de sancto Johanne.
- E.** **¶** Littera dominicalis **E.** totum servitium de dominica et festum [sancti Thome] differatur in crastinum : nisi fuerit festum loci : et 2. vespere erunt de apostolo : et solennis memoria de dominica et de sancta Maria. Ad 2. vespere de apostolo : fiat B-5.

solennis memoria de sancta Maria cum antiphona *Sub tuam*. 125. Deinde solennis memoria de adventu.

Feria 3. de sancta Maria.

¶ **¶** Littera dominicalis **¶** de servitio dominicali. Ad 1. vespervas que erunt de apostolo fiat memoria de dominica et de sancta Maria solenniter cum antiphona *Beáta es*. 88. Vespere in dominica erunt de dominica et memoria de sancta Maria cum antiphona *Sub tuam*. 125.

Feria 2. de sancta Maria.

Dominica infra octavas nativitatis Domini de sancto Thoma [martyre].⁹

Dominica in vigilia epyphanie totum servitium de vigilia et medie lectiones de sancto Thoma. [In laudibus una antiphona.]¹⁰

¶ **¶** Littera dominicalis **¶** de servitio dominicali.

Dominica infra octavas nativitatis Domini de nativitate Domini. Vespere erunt de sancto Silvestro cum memoriis ordine suo.

Feria 2. de sancto Silvestro : medie lectiones de nativitate. *¶*. et *¶*. de primo nocturno. [Vespere erunt de circuncisione Domini, sine ulla memoria.]¹¹

Dominica prima post circuncisionem dicitur de epyphania Domini.

Feria quarta [ad Matutinas]¹² legatur expositio evangelii scilicet de dominica infra octavas.

¶ *Dominica iiij. adventus Domini.*

Ad [j.] vesperas.

Ant. Benedíctus. [352].

Psalmus. Ipsum. (cxliij.) [352].

Capitulum. *Esaie* 28. [16].



Cce ego mittam in fundaméntis Syon lápidem [: lápidem] ¹³ probátum angulárem,

preciósum, in fundaménto fundátum, qui ¹⁴ credíderit in eum non confundétur. ¹⁵

R. Non auferétur. 229.

Hymnus. Córditor alme. 13.

V. Rorate celi. 14.

Ant. O. 256-260. *Ps.* Magnificat. 55*.

Oratio.

Excita quésumus Dómine poténtiam tuam et veni, et magna nobis virtúte succúrre, ut per aux-

ílium grátie tue quod peccáta nostra ¹⁶ prepédiunt, indulgéntia tue propitiatiónis accéleret. Qui vivis [et regnas].

Memoria de sancta Maria. 19.

¶ *Ad matutinas.*

AS:36; 1519:41r; 1531:21r. ¹⁷

Invit.
VII.ii.




Resto-lán-tes * Re-demptó-rem le-vá-te cá-pi-ta



vestra. †Quó-ni-am pro-pe est re-démpti-o

100344.



vestra. Ps. Ve-ní- te. 44*.

Hymnus antiphone psalmi et versus [sicut in Psalterio]¹⁸ ut in j. dominica adventus Domini. 39.

[*In primo nocturno.*]

Legantur hec lectiones per ordinem ut supra patet feria 2. dominica 1. adventus.

Lectio j. Esaie 10. [10-15.] [Legenda 17.]


Quomodo invénit manus mea regna ydóli : sic et simuláchra eórum de Hierúsalem et de Samária. Nunquid non sicut feci Samárie et ydólis ejus : sic fáciam Hierúsalem et simuláchris ejus ? Et erit, Cum impléverit Dóminus cuncta ópera sua in monte Syon et in Hierúsalem : visitábo super fructum magnífici cordis regis Assur : et super glóriam altitúdinis oculórum ejus. Dixit enim, In fortitúdine manus mee feci : et in sapiéntia mea intelléxi et ábstuli términos populórum et príncipes eórum depredátus sum : et

destráxi quasi potens in sublímí residéntes. Et invénit quasi nidum manus mea : fortitúdinem populórum. Et sicut colligúntur ova que derelícta sunt, sic univérsam terram ego congregávi : et non fuit qui móveret pennam, et aperíret os et ganníret. Nunquid gloriábitur secúris contra eum qui secát in ea ? Aut exaltábitur serra contra eum a quo tráhitur ? Quómodo si elevétur virga contra levántem se : et exaltétur báculo qui útique lignum est. Hec dicit Dóminus.

AS:36; 1519:41r; 1531:21r.¹⁹

6265. 1. Resp. I.

Ani-te tu-ba * in Sy- on, vo- cá-te gen- tes,



annun-ci- á-te pó- pu- lus et dí- ci-te. †Ecce De-us

6265b.

Salvá-tor nos- ter ad- vé-ni- et. ⁊. Annunci- á-te

in fí-ni-bus ter-re : et in ínsu-lis que pro-cul sunt

dí- ci- te. †Ecce.


Lectio secunda. [Esaie 10. 16-21.]

Propter hoc mittet Dominator Dóminus exercítuum in pín-guibus ejus tenuitatem : et subtus glória ejus succénsa ardébit quasi combústio ignis : et erit lumen Israel in ignem : et Sanctus ejus in flammam. Et succendétur et devorábitur spina ejus et vepres in die una : et glória saltus ejus, et carméli ejus ab ánima usque ad carnem consumétur.

Et erit terróre prófugus : et reliquie ligni saltus ejus pre paucitáte numerabúntur et puer scribet eos. Et erit, In illa die non adjíciet resíduum Israel et hi qui fúgerint de domo Jacob inníti super eo qui percútit eos : sed innítetur super Dóminum sanctum Israel. In veritáte reliquie converténtur : reliquie inquam Jacob [21v.] ad Deum fortem.

AS:37; 1519:41r; 1531:21v.²⁰

2. Resp.
VII.

7886.

C- ta-va-dé-cima di- e * dé-cimi men-sis

je-ju-ná- bi- tis di- cit Dómi- nus : et mit-tam
 vo-bis Sal- va- tó- rem et propugna-tó- rem pro
 vo- bis, qui vos pre-cé- dat et in-tro- dú- cat.
 †In ter- ram quam ju-rá-vi pá- tri-bus
 7886a. ves- tris. ✠. E- go e-nim sum Dómi-nus De-us ves-
 ter : qui e-dú-xi vos de ter- ra E- gýp- ti.
 †In ter- ram.

Lectio iij. [Esaie 10. 22-29.]

SI enim fuerit pópulus tuus Israel quasi aréna maris : reliquie converténtur ex eo. Consummátio abbreviáta inundábit justíciam. Consummationem enim et abbreviati-

ónem Dóminus Deus exercítuum fáciet in médio omnis terre. Propter hoc hec dicit Dóminus Deus exercítuum, Noli timére pópulus meus habitátor Syon ab Assur. In

virga enim percútiét te : et báculum suum levábit super te in via Egýpti. Adhuc enim páululum modicúmque, et consummábitur indignátio mea : et furor meus supra scelus eórum. Et suscitábit super illum²¹ Dóminus exercítuum flagéllum juxta plagam Má dian²² in petra Oreb : et virgam suam super mare : et levábit eam in

via Egýpti. Et erit, In die illa aufe- rétur onus ejus de húméro tuo : et jugum ejus de collo tuo : et com- putrésceť jugum a fácie ólei. Véniet in Aioth, transíbit in Magron : apud Magmas commendábit vasa sua. Transiérunt cursim Gábaa : sedes nostra. Hec [dicit Dóminus].

AS:37; 1519:41v; 1531:21v.²³

3. Resp.
II.



On au-fe-ré-tur * sceptrum de Ju-da, et dux de
fém-o-re e-jus, donec vé-ni-at qui mitténdus
est. †Et ipse e-rit expectá-ci-o gén-
ti-um. ✠ Pulchri-ó-res sunt ó-cu-li e-jus vi-no :
et dentes e-jus lacte can-di-di-ó-res. †Et ipse.
✠ Glória. 93*. †Et ipse.

7224.
7224a.

¶ *In secundo nocturno.*

Fiant medie lectiones de sermone beati Augustini episcopi. 4. de tempore, cap.2.²⁴

Lectio iiij.

VOs inquam convénio o Judéi : qui usque in hodiérnum diem negástis Fílium Dei. Nonne vox vestra est illa, quando eum videbátis mirácula faciéntem, atque tentántes dicebátis, Quoúsque ánimas nostras suspéndis ? Si tu es Christus : dic nobis palam ? Ille autem ad considerationem miraculorum vos mittébat dicens, Opera que ego fácio : ipsa testimónium pérhibent de me : ut Christo testimónium dicerent, non verba sed facta. Vos autem non agnoscéntes Salvatórem, qui operabátur salútem in médio terre vestre : adjiciéntes in malo aístis, Tu de teípso testimónium dicis : testimónium tuum non est verum. Sed ad hec ille quid vobis respónderit, advértere noluístis. Nonne scriptum est in lege vestra : quia²⁵ duórum hóminum testimónium verum sit ? Prevaricatóres legis : inténdite legem. Testimónium quéritis de Christo ? In lege vestra scriptum est : quod duórum hóminum testimónium verum sit. Procédant ex lege, non tantum duo : sed étiam plures testes Christi : ut convíncant auditóres legis nec factóres. Dic Esáya testimónium

nium²⁶ Christo. Ecce (inquit) virgo in útero²⁷ concípíet et páriet filium, et vocábitur nomen ejus Emmánuel : quod est interpretátum Nobíscum Deus. Accédát et álius testis. Dic et tu Hieremía testimónium Christo. Hic est (inquit) Deus noster, et non estimábitur álius absque illo : qui invénit omnem viam sciéntie, et dedit eam Jacob púero suo, et Israel dilécto sibi. Post hec in terris visus est : et cum homínibus conversátus est. Ecce duo testes idónei ex lege vestra : ex quorum testimónio non sunt compúncta corda vestra. Sed álii atque álii ex lege Christi testes introducántur : ut frontes duríssime inimicórum conterántur. Véniat et ille Dániel sanctus júvenis quidem etáte, sénior vero sciéntia ac mansuetúdone : et convíncat omnes falsos testes. Sicut convícit senióres impudícos, ita suo testimónio Christi cónterat inimícos. Dic sancte Dániel, dic de Christo quod nosti. Cum vénerit (inquit) sanctus sanctórum : cessábit únctio vestra. Quare illo présente cui insultántes dicebátis, Tu de te testimónium dicis, testimónium tuum non est verum, cessávit únctio

vestra nisi quia ipse est qui vénerat sanctus sanctorum ? Sed si (sicut vos dicitis) nondum venit, sed expectátur ut véniat sanctus sanctorum : demonstráte unctiónem. Si autem (quod est verum) cessávit únctio vestra : agnóscite venísse sanctum sanctorum. Ipse est enim et lapis ille abscíssus de monte, sine mánibus concidéntium, id est Christus natus de Vírgine sine mánibus complecténtium, qui tantum crevit, ut mons magnus fieret, et impléret univérsam fáciem terre. De quo monte dicit Prophéta, Veníte ascendámus in montem Dómini. Et de quo David dicit, Mons Dei mons uber : ut quid suspicámini montes incaseátos, montem in quo plácuít

Deo habitáre in ipso ? Cum enim ipse Dóminus Christus discipulos suos interrogáret, quem²⁸ dicerent esse hómines Fílium hóminis : responderunt, Alii Helíam, álii Hieremíam,²⁹ aut unum ex prophétis. Et ille, Ut quid suspicámini montes [22r.] incaseátos, montem in quo plácuít Deo habitáre in eo ? Hunc cognóvit³⁰ Petrus dicens : Tu es Christus Fílius Dei. Agnóvit montem, et ascendit in montem, testimónium dixit veritáti, et diléctus est a veritáte. Supra petram fundátus est Petrus, ut mortem susciperet illum amándo : quem ter negáverat timéndo. Tu autem.

AS:37; 1519:42r; 1531:22r.³¹


4. Resp.
III.



E opórtet * mí- nu- i, il-lum au-tem
 cré-sce- re. †Qui post me ve-nit, ante me factus
 est : cu-jus non sum dig- nus corrí-gi- am

7137.

7137a.



cal- ci- aménti e-jus sólve- re. V. Hoc est tes-ti-
 mó-ni- um quod perhí-bu- it Jo-hán- nes. †Qui post me.

Lectio v.

Dic et tu Móyses legislátor dux pópuli Israel : testimónium Christo. Prophétam vobis suscitábit Deus de frátribus vestris. Omnis ánima que non audierit prophétam illum : exterminábitur de pópulo suo. Prophétam autem dictum esse Christum : ipsum audi in Evangélio. Non est (inquit) prophéta sine honóre : nisi in pátria sua. Accédát autem David sanctus, testis fidélis, ex cujus sémine procéssit ipse, cui lex et prophéte testimónium dicunt : dicat et ipse de Christo. Adorábunt (inquit) eum omnes reges terre : omnes gentes sérvient illi. Cui sérvient ? Dic cui sérviant ? Vis audire cui ? Dixit Dóminus Dómino meo : Sede ad dexteram meam. Donec ponam inimícos tuos : scabéllum pedum tuórum. Et expréssius atque nominátim, Quare (inquit) tumultuáte sunt gentes, et pópuli meditáti sunt inánia ? Astiterunt reges terre et príncipes


convenérunt in unum : advérsus Dóminum et advérsus Christum ejus. Accédát et álius testis. Dic et tu Abacuch prophéta testimónium Christo. Dómine (inquit) audívi auditum tuum et tímui : considerávi ópera tua et expávi. Que ópera Dei iste mirátus expávit ? Nunquid fábricam mundi iste mirátus expávit ? Absit, Sed audi ad quid expávit. In médio (inquit) duum animálium cognósceris. Opera tua Deus Verbum caro factum est. In médio duum animálium cognósceris. Qui quóusque descendísti : expavéscere me fecísti : quia Verbum per quod facta sunt ómnia : in presépio jacuísti. Agnóvit bos possessórem suum : et ásinus presépe dómini sui. In médio duum animálium cognósceris. Quid est in médio duum animálium cognósceris nisi aut in médio duórum testamentórum, aut in médio duórum latrónum, aut in médio Móysi et

Helie cum eo in monte sermonantium? Ambulavit inquit verbum et exivit in campis: Verbum caro factum est: et habitavit in nobis. Hoc et Hieremias ait, Post hec in

terris visus est: et cum hominibus conversatus est. Ecce quemadmodum sibi conveniunt testes veritatis: ecce quemadmodum convincunt filios falsitatis. Tu autem.

AS:38; 1519:42r; SB:cxxix.³²

5. Resp.
V.



C-ce jam vé- ni- et * ple- ni- tú- do tém-
po- ris, in quo mi- sit De- us Fí- li- um su- um in
ter- ris: na- tum de Ví- r- gi- ne, factum sub le- ge.
† Ut e- os qui sub le- ge e- rant re- díme- ret.

✠. Propter ními- am cha- ri- tá- tem su- am qua di- lé- xit
nos De- us, Fí- li- um su- um mi- sit in terris, in simi-
li- tú- di- nem car- nis peccá- ti. † Ut e- os.

6596.
6596b.

*Lectio sexta.*³³

Sufficiunt vobis ista o Judéi, an-
adhuc ad vestram confusiónem,
ex lege et ex gente vestra, álios
introducémus testes : ut illi testi-
mónium perhíbeant, cui pérdita men-
te insulántes dicebátis : Tu de teípso
testimónium perhíbes, testimónium
tuum non est verum ? Quod si velim
ex lege et ex prophétis ómnia que de
Christo sunt dicta collígere : facílius
me tempus quam cópia déselit.
Verúntamen senem illum ex gente
vestra natum, sed in errore vestro non
relictum, Symeónem sanctum in
médiu[m]m introdúcam : qui méruit
téneri decrepítus in hac luce,
quóusque vidéret veram lucem.
Quem quidem jam etas compellébat
ire sed expectábat suscipere quem
sciébat veníre. Cum iste senex ad-
mónitus esset a Spírítu Sancto, quod
non ante morerétur quam vidéret
Christum Dei natum : quem
cognóscens venit ad templum. Ubi
eum vero portári matris mánibus vidit,
et divínam infántiam pia senéctus
agnóvit : tulit infántem in mánibus
suis. Ille quidem Christum³⁴ ferébat :
sed Christus senem regébat. Regébat
qui portabátur : ne ille ante
promíssum a córpore solverétur.
Quid tamen díxerit, quem conféssus
fúerit, advértite inimíci non Christi,

[22v.]

sed vestri. Benedicens Deum exclamávit senex ille : et dixit, Nunc dimíttis Dómine servum tuum secúndum verbum tuum in pace : Quia vidérunt óculi mei salutáre tuum. Illi étiam paréntes Johánnis, Zacharías et Helízabeth, júvenes stériles in senécta fecúndi : dicant étiam ipsi testimónium Christo. Dicant de Christo quid séntiant : et testem idóneum Christo nútriant. Aiunt enim suo párvulo nato, Tu puer prophéta Altíssimi vocáberis : preíbis enim ante fáciem Dómini paráre vias ejus. Ipsíque matri et vírgini Helízabeth ait, Unde michi hoc, ut veniat mater Dómini mei ad me ? Ecce enim ut facta est vox salutatiónis tue in áuribus meis : exultávit in gáudio infans in útero meo. Intélligens enim Johánnes matrem Dómini sui venísse ad matrem suam : inter ipsas angústias úteri adhuc pósitus motu salutávit, quem voce non póterat. Quid póstea ipse Johánnes precúrsor et amícus húmilis et fidelíssimus servus testis idóneus efféctus, tanto major in natis mulíerum quanto estimabátur esse quod non erat ? Christum enim eum esse Judéi credébant : sed³⁵ non se esse clamábat dicens, Quem me suspicámini esse : non sum ego. Sed ecce venit post

me :³⁶ *cujus p dibus non sum*³⁷ dignus s olvere corrigiam calciamenti ejus. O fide lis testis : et amice veri Sponsi. Quantum te humiliasses, si ad corrigiam calciamenti ejus solvendam dignum te esse dixisses ? Sed dum hoc³⁸ non te dignum dicis : Jud eis falsis t stibus contradicis. Et hec a te dicta sunt :  ntequam Christum videres. Qui cum ad te ipse venit excelsus et humilis implende dispensationis sue gratiam ut a te baptizaretur, qui nullum habebat omnino peccatum : quid responderis, quem cognoveris, quale testimonium protuleris :  udiant inimici qui audire nolunt,³⁹ Ecce (inquit) Agnus Dei : ecce qui tollit peccata mundi. Et adjecit, Tu venis ad me baptizari : et ego a te debeo baptizari. Agnovit servus Dominum, agnovit vinculis originalis peccati obligatus ab omni nexu peccati liberum : agnovit preco Judicem, agnovit creatura Creatorem : agnovit paranymphus Sponsum. Nam et hec vox Johannis est, Qui habet sponsam sponsus est. Amicus autem sponsi stat et audit eum : et gaudio gaudet propter vocem sponsi. Sufficiunt vobis ista o Jud ei : sufficiunt vobis tanti testes, tanta testimonia ex lege vestra et ex gente vestra : an adhuc impudentia nimia aud ebitis dicere, quod alterius gentis vel

nationis homines Christo debent testimonium perhibere ? Sed si hoc dicitis : respondebit quidem ille vobis, Non sum missus nisi ad oves que perierunt domus Israel. Sed sicut vos in Actibus Apostolorum increpat Paulus : Vobis primum oportuerat annuntiare verbum Dei, sed quia repulistis illud nec vos vite eterne dignos judicastis : ecce (inquit) convertimur nos ad gentes. Demonstremus etiam nos, ex gentibus testimonium Christo fuisse prolatum, quoniam Veritas non tacuit clamando etiam per linguas inimicorum suorum. Nonne quando ille poeta facundissimus inter sua carmina, Jam nova progenies celo demittitur alto,⁴⁰ dicebat : Christo testimonium perhibebat ? In dubium hoc veniat, nisi alios ex gentibus idoneos testes, pluraque dicentes : in medium introducam. Illum regem, qui vestram superbiam captivando perdemit Nabuchodonosor, regem scilicet Babilonis : non pretermittam. Dic Nabuchodonosor, quid in fornace quo tres viros justos injuste miseris,⁴¹ dic dic quid tibi fuerit revelatum ? Nonne tres viros (inquit) misimus in fornace ligatos ? Et aiunt ei, Vere rex. Ecce (inquit) ego video quattuor viros solutos deambulantes in medio ignis et corruptio nulla est in eis : et

aspéctus quarti símilis est Fílio Dei. O alienígena unde tibi hoc ? Quis tibi annunciávit Fílium Dei ? Que lex, quis prophéta annunciávit tibi Fílium Dei ? Nondum quidem náscitur mundo : et similitúdo nascéntis a te cognóscitur. Unde tibi hoc ? Quis tibi istud annunciávit, nisi quia sic te divínus ignis intus illuminávit ut cum

[23r.]

illic apud te captívi teneréntur inimíci Judéi, sic díceres testimónium Fílio Dei ? Sed quia in ore duórum vel trium téstium stat omne verbum, sicut ipse Dóminus vestram contumáciam confútans : In lege (inquit) vestra scriptum est quod duórum hóminum testimónium verum sit : étiam ex géntibus tértius testis introducátur ut testimónium veritátis ex omni parte roborétur. Quid Sibílla vaticinándo étiam de Christo clamáverit in médium proferámus : ut ex uno lápide utrorúmque frontes percutiántur, Judeórum scílicet ac paganórum, atque suo gládio sicut Golías, Christi omnes percutiántur inimíci. Audíte quid díxerit :

[I] Judícii signum : tellus sudóre madéscet.

[H] E celo Rex advéniet per secla futúrus.

[Σ] Scílicet in carne presens : ut júdicet orbem.

[O] Unde Deum cernent, incrédulus

atque fidélis.

[Υ] Celsum cum sanctis evi jam término in ipso.

[Σ] Sic ánime cum carne áderunt quas júdicet ipse.

[X] Cum jacet incúltus densis in vépribus orbis.

[P] Rejícient simulácula viri cunctam quoque gasam.

[E] Exúret terram ignis : pontúmque polúmque.

[I] Inquírens tetri portas effringet Avérni.

[Σ] Sanctórum étenim⁴² cuncte lux líbera carni.

[T] Tradétur : fontes etérna⁴³ flamma cremábit.

[O] Occúltos actus rétegens : tunc quisque loquétur.

[Σ] Secréta, atque Deus reserábit péctora luci.

[Θ] Tunc erit et luctus stridébunt déntibus omnes.

[E] Eripitur solis jubar : et chorus ínterit astris.

[O] Volvétur celum : lunáris splendor obíbit.

[Υ] Dejíciet colles : valles extóllet ab imo.

[Υ] Non erit in rebus hóminum, sublíme, vel altum.

[I] Jam equántur campis montes et cérula ponti.

[O] Omnia cessábunt : tellus con-

frácta períbit.

[Σ] Sic páriter fontes torréntur :
flumináque igni.

[Σ] Et tubárum⁴⁴ sónitum tristem
demíttet ab alto.

[Ω] Orbe, gemens fácinus míserum
variósque labóres.

[T] Tartareúmque chaos monstrábit
terra dehíscens.

[H] Et coram hic Dómino reges
sisténtur ad unum.


[P] Décidet⁴⁵ e celo : ignísque et
súlphuris amnis.

Hec de Christi nativité, passióne, et

resurrectióne, atque secúndo ejus
advéntu ita dicta sunt : ut si quis in
Greco, cápita horum vérsuum discér-
nere volúerit : invéniet JE-
SUS · CHRISTUS · YOS · THAU · SOT-
HER quod et in Latínium transvérsis
sive translátis eisdem vérsibus appáret,
preter quod Grecárum litterárum
proprietas, non ádeo pótuit observári.
Credo jam vos o inimíci Judéi, tantis
téstibus ita óbrutos confutatósque
esse ipsa veritáte : ut nichil ultra
repugnáre, nichil quérere debeátis.

AS:38; 1519:42v; SB:cxliv.⁴⁶

6. Resp.
VIII.



Irgo Is-ra-el * re-vérte-re in ci-vi-tá-tes
tu- as, úsquequo do- lens a-vér- te- ris? ge-
ne-rá- bis Dómi- num Salva-tó- rem ob-la-ti- ónem
no- vam in terra. †Ambu- lá- bunt hómi- nes. ‡In

7903.

7903b.



salva- ti- ó- nem. ✠. In ca-ri-tá-te perpé-tu- a di-lé-



xi te : í-de-o attrá-xi te mí-se- rans.



†Ambu- lá-bunt.

✠. Glória. 95*. ‡In salvatiónem.

¶ *In iiij. nocturno.*

Secundum Johannem I. [19-20.]



IN illo témpore,
Misérunt Judéi
ab Hierosólymis
sacerdótes et Levítas
ad Johánnem : ut
interrogárent eum,
Tu quis es ? Et conféssus est et non
negávit. Et conféssus est : quia non
sum ego Christus. Et réliqua.

Omelia beati Gregorii pape.

[*Lectio vij.*]

EX hujus nobis lecti6nis verbis
fratres charíssimi Johánnis hu-

mílitas commendátur, qui dum tante
virtútis esset ut Christus credi
potúisset : elégit sólido subsistere in
se, ne humana opini6ne raperétur
inániter super se. Nam conféssus est
et non negávit : et conféssus est, quia
non sum ego Christus. Sed quia dixit
non sum, negávit plane quod non erat,
sed non negávit quod erat : ut
veritatém loquens ejus membrum
fieret, cujus sibi nomen falláciter non
usurpáret.

AS:38; 1519:42v; 1531:23r.⁴⁷

7. Resp.
VIII.



U-rá-vi * di-cit Dómi- nus, ut ultra jam non i-rás-
 car su-per ter- ram : mon-tes e- nim et col-les suscí-pi- ent
 justí-ci- am me- am. †Et testaméntum pa- cis
 e- rit in Hie-rú-sa-lem. ✠. Juxta est sa-lus
 me- a ut vé-ni- at : et justí-ci- a me- a ut re-ve-
 lé- tur. †Et testaméntum.

7045.

7045b.

Lectio octava.


DUm ergo non vult appétere nomen Christi : factus est membrum Christi. Quia dum infirmitatem suam stúduit humíliter agnóscere : illius celsitúdinem méruit veráciter obtínere. Sed cum ex lectióne ália Redemptóris nostri sen-

téntia ad mentem redúctur : ex hujus nobis lectiónis verbis quéstio valde impléxa generátur. Alio quippe in loco inquisítus a discípulis Dóminus de advéntu Helíe, respóndit, Helías jam venit, et non cognovérunt eum : [23v.] sed fecérunt in eo quecúmque

voluérunt. Et si vultis scire : Jo- | hánnes ipse est Helías.

AS:38; 1519:43r; 1531:23v.⁴⁸

6983. 8. Resp. III.



N-tu-é-mi-ni * quantus sit is- te qui ingré-
 Rex justí- ci- e. †Cu-jus ge-ne-rá-ti-o non
 di-tur ad salván-das gen- tes, ip-se est
 6983a. ha- bet fi- nem. ✠. Et domi-ná- bi-tur a ma-
 ri usque ad ma- re. †Cu-jus.

Lectio ix.

Requisitus autem Johánnes dicit, Non sum Helías. Quid est hoc fratres charíssimi, quia quod Véritas affirmat, hoc prophéta Veritátis negat? Valde namque inter se diversa sunt : ipse est et non sum. Quómo- do ergo prophéta Veritátis est : si ejúsdem Veritátis sermónibus concors non est? Sed si subtíliter Véritas ipsa⁴⁹ requi-

rátur : hoc quod inter se contrárium sónuit, quómo- do contrárium non sit inveniétur. Ad Zachariám namque de Johánis promissione ángelus dicit, Ipse precedet ante illum in spírítu et virtúte Helíe. Qui idcírcó ventúrus in spírítu et virtúte Helíe dicitur : quia sicut Helías secúndum Dómini advéntum preveniet, ita Johánnes

Dominica iiiij. adventus Domini.

prévenit primum. Sicut ille precúrsor
ventúrus est Júdicis : ita iste precúrsor

factus est Redemptóris.


AS:39; 1519:43r; 1531:23v.⁵⁰

9. Resp.


I.



Ontes * Is- ra- el ramos vestros ex- pán-



di- te et flo- ré- te et fructus fá- ci- te. †Prope



est ut vé- ni- at di- es Dómi- ni. ∞. Ro- rá-



te ce- li dé- su- per et nu- bes plu- ant jus- tum : a- pe- ri-



á- tur terra et gé- rmi- net Salva- tó- rem. †Prope.

∞. Glória. 93*. †Prope.

[*Ante laudes.*]

∞. Emítte agnum. 64.



7177.

7177a.


¶ *In laudibus.*

AS:39; 1519:43v; 1531:23v.⁵¹


1757. 1. Ant.
I.i.



Ani-te tu-ba * in Sy-on : qui- a prope est di- es





Dó- mi- ni, ecce vé-ni- et ad salvándum nos al-le-




lú- ya al-le-lú-ya. *Ps. Dóminus regnávit. (xcij.)* [45].

AS:39; 1519:43v; 1531:23v.


2548. 2. Ant.
I.i.



C-ce vé-ni- et de-si-de-rá- tus * cunctis génti-bus :



et replé-bi-tur gló-ri- a domus Dómi-ni al-le- lú-ya.



Ps. Jubiláte. (xcix.) [46].

AS:39; 1519:43v; 1531:23v.⁵²


3. Ant.
I.ix.



- runt pra-va * in di-récta, et áspe-ra in vi-as



pla-nas : ve-ni Dómi-ne et no-li tardá-re al-le-lú-ya.



Ps. Deus Deus meus. (*lxij.*) [47].

AS:39; 1519:44r; 1531:23v.⁵³

4. Ant.
I.i.



Omi-nus vé-ni-et * occú-ri-te il-li di-cén-tes,



Mag-num princí-pi- um et regni e-jus non e-rit fi-nis :



De-us for-tis domi-ná-tor princeps pa-cis al-le-lú-ya



al-le-lú-ya. *Ps.* Benedícite. (*Daniel. iij.*) [48].

2676.

2423.

AS:39; 1519:44r; 1531:23v.⁵⁴

4144. 5. Ant.
II.i.

Mní-po-tens * sermo tu-us Dómi-ne a re-gá-li-bus
sé-di-bus vé-ni-et al-le-lú-ya. Ps. Laudáte Dóminum.
(cxlviij.) [etc.] [49].

Capitulum. Philippensis 4. [4, 5.]

Audéte in Dómino semper, | vestra nota sit ómnibus homínibus,
íterum dico gaudéte : modéstia | Dóminus prope est.

Hymnus. Vox clara. 67.

Ÿ. Vox clamántis in desérto. 68.

AS:39; 1519:44r; 1531:23v.⁵⁵

2610. Ant.
I.v.

- go * vox clamántis in de-sér- to di-rí-gi-
te vi-am Dómi-ni si-cut di-xit E-sá-y-as prophé-ta.
Ps. Benedíctus. 52*.

Oratio. Excita quésumus Dómine. 225.

Memoria de sancta Maria. 69.

¶ *Ad j.*

Ant. Cánite tuba. 242.

Ps. Deus Deus meus respice. (xxj.) [91].

¶ *Ad iiij.*

Ant. Ecce veniet. 242.

Ps. Legem pone. (cxviiij. iiij.) [132].

Capitulum. Gaudete in Dómino. 244.

R̃. et Ṽ. sicut in j. dominica adventus Domini ad omnes horas dicuntur. 80.

¶ *Ad sextam.*

Ant. Erunt prava. 243.

Ps. Defécit in salutáre. (cxviiij. vj.) [141].

Capitulum. Philip. 4. [6.]

D Ichil solliciti sitis, sed in omni oratióne et obsecratióne : cum		gratiárum actióne, petitiónes vestre innotéscant apud Deum.
---	--	--

¶ *Ad ix.*

Ant. Omnípotens sermo. 244.

Ps. Mirabilia. (cxviiij. ix.) [150].

Capitulum. Philippensis 4. [7.]

P Ax Dei que exúperat omnem sensum, custódiat corda et		córpora ⁵⁶ vestra et intelligéncias vestras.
--	--	--

¶ *Ad [ij.] vesp̃eras.*

Ant. Sede a dextris. [311].

Ps. Dixit Dóminus. (cix.) [311].

Capitulum. Gaudete in Dómino. 244.

R̃. Festína, ne tardáveris. Quere hoc R̃. ad O. 255.

Hymnus. Cónditor. 13.

Ṽ. Rorate celi. 14.

Dominica iiij. adventus Domini.

Antiphona. O. 256-260.

Ps. Magnificat. 55*.

Oratio. Excita quésumus Dómine. 225.

Memoria de sancta Maria ut supra. 88.

Quotidie per ebdomadam usque ad vigiliam natalis Domini dicantur *℣.* et *℞.* secundum ordinem nocturnorum dominicalis hystorie quando de feria agitur.

¶ *Feria secunda.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. Esaie 10. [29–34.] [Legenda 18.]

Qbstúpuit Rama : Gábaa Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim, atténde Láisa paupérula Anathot. Migrávit Medeména : habitatóres Gabin confortámini. Adhuc dies est ut in Nobe stetur. Agitábit manum suam super montem filie Syon : et collem Hierú-

salem. Ecce Dominátor Dóminus exercítuum confrínget lagúnculam in terróre et excélsi statúra succidéntur : et súblimes humiliabúntur : et subverténtur condénsa saltus ejus ferro : et Líbanus cum excélsis cadet. Hec dicit Dóminus [Deus, Convertímini ad me et salvi éritis.]

Lectio ij. Esaie 11. [1–4.]

ET egrediétur virga de radíce Jesse : et flos de radíce ejus ascéndet. Et requiécet super eum spíritus Dómini, spíritus sapiéntie et intelléctus, spíritus consílii et fortitúdinis, spíritus sciéntie et pietátis : et replébit eum spíritus timóris Dómini.

Non secúndum visiónem oculórum judicábit, neque secúndum audítum áurium árguet : sed judicábit in justícia páuperes : et árguet in equitáte pro mansuétis terre. Hec [dicit Dóminus].

Lectio iij. [Esaie 11. 4–9.]

Percútiet terram virga oris sui : et spíritu labiórum suórum interficiet ímpium. Et erit justícia cíngulum lumbórum ejus : et fides cinctórium renum ejus. Habitábit [24r.] lupus cum agno : et pardus cum hedo accubábit. Vítulus et leo et ovis simul morabúntur : et puer párvulus miná-


bit eos. Vítulus et ursus pascéntur : simul requiéscent cátuli eórum : et leo quasi bos cómedet páleas. Et delectábitur infans ab úbere super forámina áspidis : et in cavérna réguli qui ablactátus fúerit manum suam mittet. Non nocébunt neque occídent in univérso monte sancto meo :

quia repléta est terra sciéntia Dómini : | sicut aque maris operiéntis.

[*In laudibus.*]

AS:40; 1519:44v; 1531:23r.⁵⁷

2195. Ant. VIII.i.



I-cit Dómi-nus * pe-ni-ténti-am á-gi-te :
app-ro-pin-quá-bit e-nim regnum ce-ló-rum al-le-lú-ya.

Ps. Benedíctus. 68*.

Oratio. Excita. 225.

Ad vespervas.


Ant. O. 256-260. Ps. Magníficat. 55*.

[Oratio dominicalis dicatur ad omnes horas usque ad vigiliam natalis Domini.]⁵⁸

¶ *Feria iiij.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio prima. Esaie II. [IO, II] [Legenda 19.]

 N die illa radix Jesse qui stat in signum populórum : ipsum gentes deprecabúntur : et erit sepúlchrum ejus gloriósum. Et erit in die illa adjíciet Dóminus secúndo manum suam ad

possidéndum resíduum pópuli sui quod relinquetur ab Assýriis et ab Egýpto et a Phetros, et ab Ethiópia et ab Elam, et a Sennaar, et ab Emath et ab ínsulis maris. Hec dicit.

Lectio secunda. [Esaie II. 12–14.]

ET elevábit signum in natiónes et congregábit profúgos Israel, et dispérsos Juda cólliget a quáttuor plagis terre. Et auferétur scelus Effraim : et hostes Juda períbunt. Effraim non emulábitur Judam : et

Judas non pugnábit contra Effraim. Et volábunt in húmeros Philístiim per mare : simul predabúntur filios oriéntis. Iduméa et Moab precéptum manus eórum : et filii Amon obediéntes erunt. Hec dicit.

Lectio iij. [Esaie II. 15–12. 6.]


ET desolábit Dóminus linguam maris Egýpti : et levábit manum suam super flumen in fortitúdine spíritus sui, et percútiet eum in septem rivis : ita ut tránseant per eum calciáti. Et erit via resíduo pópulo meo qui relinquétur ab Assýriis sicut fuit Israéli in die illa qua ascéndit de terra Egýpti. Et dices in illa die, Confitébor tibi Dómine quóniam irátus es michi : convérsus est furor tuus et consolátus es me. Ecce Deus salvátor meus fiduciáliter agam et non

timébo. Quia fortitúdo mea et laus mea Dóminus : et factus est michi in salútem. Hauriétis aquas in gáudio de fóntibus salvatóris : et dicétis in illa die, Confitémini Dómino et invocáte nomen ejus. Notas fácite in pópulis adinventiões ejus : mementóte quóniam excélsus est nomen ejus. Cantáte Dómino quóniam magnífice fecit : annunciáte hoc in univérsta terra. Exúlta et lauda habitatio Syon : quia magnus in médio tui sanctus Israel.


[*In laudibus.*]

AS:40; 1519:44v; 1531:23r.⁵⁹

Ant.
II.i.



Onsúrge consúrge, * indú-e-re forti-tú-di-nem



brá-chi-um Dómi-ni. *Ps.* Benedíctus. 54*.

1904.

Ad vesperas.

Ant. O. 256-260. Ps. Magnificat. 55.*

¶ *Si vigilia sancti Thome apostoli in dominica vel in iiij. feria vel in vj. [feria]⁶⁰ vel in sabbato iiij. temporum evenerit, nichil fiat de vigilia nisi tantum memoria ad missam [quattuor temporum]⁶¹ : sed in quacunque alia feria contigerit fiat missa de vigilia.*


Si festum sancti Thome apostoli in [quarta feria vel]⁶² vj. feria vel in sabbato iiij. temporum evenerit nichil ad matutinas de jejunio fiat nisi tantum memoria, sed post tertiam dicitur missa de apostolo. Post vj. vero missa fiat solennis de jejunio : utraque ad principale altare in choro post ix.⁶³

Si festum sancti Thome apostoli in dominica evenerit differatur in crastinum ut inferius patebit in loco suo.

¶ *Feria iiij.*


[Ad matutinas.]

Lectio j. [Esaie 13. 1-8. Legenda 20.]

 Nus Babylónis quod vidit Esáias filius Amos. Super montem caliginósum leváte signum et exaltáte vocem : leváte manum et ingrediántur portas duces. Ego mandávi sanctificátis meis : et vocávi fortes meos in ira mea : exultántes in glória mea. Vox multitudínis in móntibus quasi populórum frequéntium : vox sónitus regum et géntium congregatárum. Dóminus exercítuum precépit milítie belli veniéntibus de terra procul. A sum-

mitáte celi Dóminus et vasa furóris ejus : ut dispérdat omnem terram. Ululáte quia prope est dies Dómini : quasi vástitas a Dómino véniet. Propter hoc omnes manus dissolvéntur : et omne cor hóminis tabéscet et conterétur, torsiónes et dolóres tenébunt, quasi parturiéntes dolébunt. Unusquisque ad próximum suum stupébit : fácies combúste vultus eórum. Hec [dicit Dóminus Deus, Convertímini ad me et salvi éritis].

Lectio ij. [Esaie 13. : 9-11.]

 Cce dies Dómini véniet crudélis et indignatiónis plenus, et ire furorisque : ad ponéndam terram in

solitúdinem, et peccatóres ejus conteréndos de ea : quóniam stelle celi et splendor eárum non expándent lumen

suum. Obtenebrátus est sol in ortu suo : et luna non splendébit in lúmine suo. Et visitábo super orbis mala : et contra ímpios iniquitátem eórum. Et

requiescere fáciam supérbiam infidélium : et arrogántiam fórtium humiliábo. Hec.

Lectio iii. [Esaie 13. 12–16.]

PRetiósior erit vir auro : et homo mundo obrízo. Super hoc celum turbábo : et movébitur terra de loco suo propter indignatióem Dómini exercítuum et propter diem ire furóris ejus. Et erit quasi dámula fúgiens et quasi ovis : et non erit qui cóngreget. Unusquisque ad próximum suum

convertétur : et sínguli ad terram suam fúgient. Omnis qui invéntus fúerit occidétur : et omnis qui supervenerit cadet in gládio. Infántes eórum allidéntur in óculis eórum : diripiéntur domus eórum et uxóres eórum violabúntur. Hec dicit Dóminus Deus.

[*In laudibus.*]


AS:40; 1519:44v; SB:cli.⁶⁴

Ant.
V.i.




4305.

O-nent Dómi-no * gló-ri- am, et laudem e- jus in ín-



su-lis nunci- á-bunt : qui- a ecce vé-ni- et, et non tar-dá-bit.



Ps. Benedictus. 61.*

¶ *Ad vespas.*

Ant. O. 256-260. Ps. Magnificat. 55.*

¶ [*Feria v.*]

Feria quinta et duabus feriis sequentibus versiculi et responsoria eodem ordine dicantur quo in iiij. feria precedente.

[*Ad matutinas.*]

Lectio j. [Esaie 13. 17–19. Legenda 21.]

Cce ego suscitábo super eos Medos qui argéntum non querant nec aurum velint : sed sagíttis párvulos interficiant, et lactántibus úteris non misereántur, et

super filios non parcat óculus eórum. Et erit Bábylon illa cívitas gloriósa in regnis ínclita in supérbia Chal-deórum sicut subvértit Dóminus Sódodomam et Gomórram. Hec.

Lectio ij. [Esaie 13. 20–22.]

Non habitábitur usque in finem : et non fundábitur usque ad generatiómem et generatiómem. Nec ponet ibi tentória Arabs nec pastóres requiéscent ibi : sed requiéscent ibi

béstie : et replebúntur domus eórum draconibus : et habitábunt ibi struti-ónes : et pilósi saltábunt ibi. Et respondébunt ibi úlule in édibus ejus : et siréne in delúbris voluptátis.

Lectio tertia. [Esaie 14. 1–4.]


Prope est ut véniat tempus ejus : et dies ejus non elongabúntur. Miserébitur enim Dóminus Jacob : et elíget adhuc de Israel : et requiéscere eos fáciat super humum suam. Adjungétur ádvena ad eos, et adherébit dómui Jacob : tenébunt eos pópuli et addúcent eos in locum suum. Et possidébit eos domus Israel super terram Dómini in servos et ancíllas.

Et erunt capiéntes eos qui se céperant : et subjíciant exactóres suos. Et erit, In die illa cum réquiem déderit tibi Deus a labóre tuo, et a concussióne tua, et a servitúte dura qua ante servísti : sumes parábolam istam contra regem Babilónis et dices. Quómodo cessávit exáctor : quiévit tribútum ? Hec [dicit].


[*In laudibus.*]

AS:41; 1519:45r; 1531:24v.⁶⁵


Ant.
II.i.



1896.



Onso-lámi-ni * conso-lámi-ni pópu-le me-us :



di- cit De-us vester. Ps. Benedíctus. 54*.

Ad vesp̄as.

Ant. O. 256-260. Ps. Magníficat. 55*.

¶ *Feria vj.*

[*Ad matutinas.*]

Lectio j. [Esaie 14. 5-8. Legenda 22.]

Contrívit Dóminus báculum
impiórum virgam domi-
nántium cedéntem pópulos
in indignatióne plaga insanábili :
subjiciéntem in furóre gentes :

persequéntem crudéliter. Conquíevit
et síluit omnis terra, gavisá est et
exultávit : abiétes quoque letáte sunt
super te, et cedri Líbani. Hec.

Lectio ij. [Esaie 14. 8-10.]

EX quo dormísti non ascéndent
qui succídat nos. Inférnus sub-
ter te conturbátus est : in occúrsum
advéntus tui suscitávit tibi gygántes.
Omnes príncipes terre surrexérunt de

sóliis suis : omnes príncipes nati-
ónum : univérsti respondébunt et
dicent tibi, Et tu vulnerátus es sicut
et nos : nostri símilis efféctus es.

Lectio iij. [Esaie 14. 11-15.]

Detrácta est ad íferos supérbia
tua : concídít cadáver tuum.

Subter te sternétur tinea : et operi-
méntum tuum erunt vermes. Quó-


modo cecidisti de celo Lúcifer : qui
mane oriebáris ? Corruísti in terram
qui vulnerábas gentes : qui dicébas in
corde tuo, In celum conscéndam
super astra Dei exaltábo sólium

meum : sedébo in monte testaménti,
in latéribus aquilónis ascéndam super
altitúdinem núbium, símilis ero
Altíssimo. Verúmtamen ad inférnum
detráheris in profúndum laci. Hec.

[*In laudibus.*]

AS:41; 1519:45r; 1531:24v.⁶⁶

2215. Ant.
I.i.



I-es Dómi-ni * si-cut fur i-ta in nocte vé-ni-et :
et vos estó-te pa-rá-ti, qui-a qua ho-ra nos pu-tá-tis
fi-li-us hó-mi-nis vé-ni-et. Ps. Benedíctus. 52*.

Ad vesp̄eras.


Ant. O. 256-260. Ps. Magníficat. 55*.

¶ Notandum est quod ab inceptiōe antiphōne O Sapiētia. usque ad vigiliam natalis Domini in ferialibus diebus quando de feria agitur quatuor antiphōne super psalmos hinc inde inter pueros discurrant : quinta antiphōna ab aliquo clerico de secunda forma incipiatur.

[25r.] Septimo decimo kalendas januarii semper incipietur antiphōna O Sapiētia. et hoc sequens R̄. Festina ne tardáveris. semper dicitur ad vesp̄eras ab aliquo clerico de secunda forma ad initium hujus antiphōne O.⁶⁷ nisi forte [predicta antiphōna]⁶⁸ in sabbato inchoetur : tunc enim dicatur R̄. de historia dominicali, videlicet R̄. Qui ventúrus. 176.⁶⁹ Et postea de aliquo puero ex parte chori pro voluntate rectoris dicatur [R̄. Festina.]⁷⁰ quotidie ad vesp̄eras quando de adventu agitur : usque ad vigiliam natalis Domini nisi in sabbato quarte dominice.⁷¹


AS:41; 1519:45r; 1531:25r.⁷²

Resp.
II.




6728.

Estí-na *ne tardá- ve- ris Dómi- ne.




6728a.

†Et lí- be- ra póp- u- lum tu- um. ✠. Ve- ni



Dómi- ne et no- li tardá- re : re- lá- xa fa- cí- no- ra



ple- bi tu- e. †Et. ✠. Gló- ri- a. 93*.

Iterum a choro reincipitur Responsorium Festina.

Hymnus. Cónditor. 13.

✠. Rorate celi désuper. 14.

Excellentior persona que in choro presens fuerit incipiat Antiphonam.⁷³

[Antiphona. O. 256-260. Ps. Magnificat. 55.]*

Nulle deinceps fiant preces neque prostrationes ad vespas. Sed ad completorium et ad omnes alias horas fiant preces cum prostrationibus more solito.

Memoria de sancta Maria ad istud primum O. dicitur ant. Ave María. 19. Ad alias vero vespas quando de feria agitur : dicitur ad memoriam de sancta Maria ant. Ne timeas. 108. usque ad vigiliam natalis Domini nisi forte in eadem dominica primum O. incipiatur : tunc enim ad memoriam de sancta Maria dicatur ant. Beáta es María. 88.

Ad istud primum O. [tantum]⁷⁴ nulla fiat memoria de omnibus sanctis [nec de sancto loci]⁷⁵ sed abhinc fiant memorie de sancta Maria et de omnibus sanctis : sicut in aliis feriis usque ad vigiliam natalis Domini tam ad vespas quam ad matutinas.

[¶ Ad matutinas die sancti Thome memoria de adventu ant. Nolite timere. 261. : sed quando festum apostoli differtur in secundam feriam tunc ant. Nolite timere. omnino pretermittatur et ant. Dicit Dominus. 248. ad memoriam de adventu dicetur.]⁷⁶

[*Antiphone O.*]

Iste antiphone sequentes pro voluntate cantoris singule in diversis vesperis incipiuntur ab excellentioribus personis post illum qui antiphonam ad primum O. incipit gradatim per singulas personas descendendo usque ad vigiliam natalis Domini.

[*Die 16. Decembris.*]

AS:41; 1519:45v; 1531:25r.

4081. 1. Ant. 
II.ii. 
 Sa-pi-énti- a * que ex o-re Altíssimi pro-




dis-ti, at-tíngens a fi-ne usque ad fi-nem fórti-ter :

su- á-vi-ter disponénsque ómni- a : ve-ni ad do-céndum

nos vi- am pru-dénti- e. *Ps. Magníficat. 55**.

[*Die 17. Decembris.*]

AS:41; 1519:45v; 1531:25r.⁷⁷

3988. 2. Ant. 
II.ii. 
 A-do-ná-y * et Dux domus Isra-el, qui

Antiphone O.



Mó-y-si in igne flamme ru-bi appa-ru-ís-ti, et e-i
in Sy-na le-gem de-dís-ti : ve-ni ad re-diméndum nos
in bráchi-o exténto. *Ps. Magnificat. 55**.

[*Die 18. Decembris.*]

AS:41; 1519:45v; 1531:25r.

3. Ant.

II.ii.



Ra-dix Jesse * qui stas in signum popu-ló-rum,
su-per quem conti-né-bunt re-ges os su-um, quem gentes
de-pre-ca-búntur : ve-ni ad li-be-rándum nos, jam no-li
tardá-re. *Ps. Magnificat. 55**.

4075.

Antiphone O.

[Die 19. Decembris.]

AS:42; 1519:46r; 1531:25r.⁷⁸

4010. 4. Ant.
II.ii.




Cla-vis Da-vid * et sceptrum domus Isra-el :
qui á-pe-ris et nemo claudit, claudis et nemo á-pe- rit :
ve-ni et e-duc vinctum de domo cárce- ris, se-déntem
in té-nebris, et umbra mor-tis. *Ps. Magnificat. 55**.

[Die 20. Decembris.]

AS:42; 1519:46r; 1531:25r.⁷⁹

4050. 5. Ant.
II.ii.



O- ri- ens, * splendor lu-cis e-tér-ne, et sol
justí-ci- e : ve-ni et il-lúmi- na se-déntes in
té-nebris et umbra mor-tis. *Ps. Magnificat. 55**.

Antiphone O.

[Die 21. Decembris.]

AS:42; 1519:46r; 1531:25r.

6. Ant.

II.ii.



4078.

Rex gé-n-ti- um * et de-si-de-rá-tus e- á-rum : la-pís-

que angu-lá-ris qui fa-cis utráque u- num : ve-ni salva hó-

mi-nem quem de li-mo formásti. *Ps. Magnificat. 55**.

[Die 22. Decembris.]

AS:42; 1519:46v; 1531:25r.

7. Ant.

II.ii.



4025.

Emmá-nu-el, * Rex et lé-gi-fer noster, expec-

tá-ci- o génti- um et salvá-tor e- á- rum : ve-ni ad salván-

dum nos, Dómi-ne De- us noster. *Ps. Magnificat. 55**.

Antiphone O.

[Die 23. Decembris.]

AS:42; 1519:46v; 1531:25r.⁸⁰

4091.

8. Ant.
II.ii.



Virgo vírgi-num, * quómo-do fi-et is-tud : qui- a

nec primam sími-lem vi-sa es, nec ha-bé-re sequén-tem.

Fí-li- e Hie-rú-sa-lem, quid me admi-rámi- ni ?

di-ví-num est mysté-ri- um hoc quod cérni-tis.

Ps. Magnificat. 55.*

[In festo sancti Thome apostoli.]

AS:42; 1519:46v; 1531:25r.⁸¹

4083.

9. Ant.
II.ii.



Thoma Dí-dime, * per Christum quem me-ru-ís-

ti tángere, te pré-ci-bus ro-gá-mus al-tí-so-nis : succú-

Antiphone O.



re no-bis mí-se- ris : ne damnémur cum ímpi- is in ad-
véntu jú-di-cis. *Ps. Magníficat. 55**.



*Hec sola ant. O Thoma Dídime. dicitur ad utrasque vespervas de sancto Thoma apostolo super Ps. Magníficat.*⁸²

*Memoria de adventu in die sancti Thome apostoli.*⁸³

Ad matutinas.

1519:47r; BL-52359:27v; 1531:25r.⁸⁴

Ant.
VIII.i.



O-lí-te * ti-mé-re quinta e-nim di- e vé-ni- et ad
ad vos Dó-mi-nus noster.

3898.

[*Ÿ*. Vox clamántis. 68.


Oratio dominicalis. 225.]⁸⁵

Quando autem festum sancti Thome apostoli differtur in secundam feriam : tunc eo anno hec ant. Nolíte tímere. omnino pretermittatur et antiphona ferialis scilicet Dicit Dóminus. 248. ad memoriam de adventu dicatur.

*[Ita tamen quod si festum sancti Thome apostoli in vi. feria vel in sabbato quattuor temporum evenerit : tunc dicitur ad memoriam de adventu predicta antiphona cum versiculo, sed cum et oratione de jejunio.]*⁸⁶


Dñica .iiij. aduentus. Fo. xliij.

Am. iij.



A oportet mihi in il lum autem cre-
 sce re. Qui post me ve nit ante me factus est:
 cuius non sum di gnus corrigi am cal-
 tiamen ti eius solue re. *v.* Hoc est testimo-
 ni um quod perhibu it to han nes. Qui post me.

Am. v.



Ecce iam ve ni et plenu do tem-
 po ris in quo misit deus filium su um in ter-
 ris factum de virgi ne factum sub le ge. Et e-
 os qui sub le ge e rant re di-
 me ret. *v.* Propter nimiam charitatem suam qua
 f. ij.

[Antiphonale-1519:42r.]

Notes, pages 223-262.

- ¹ SB:cxxx.
- ² SB:cxxx.
- ³ SB:cxxx.
- ⁴ SB:cxxx.
- ⁵ SB:cxxx.
- ⁶ SB:cxxx.
- ⁷ SB:cxxx.
- ⁸ SB:cxxx.
- ⁹ SB:cxxx.
- ¹⁰ SB:cxxx.
- ¹¹ SB:cxxx.
- ¹² SB:cxxx.
- ¹³ 1519:40v. *Vulgate*.
- ¹⁴ 'omnis qui'. 1519:40v.
- ¹⁵ This text diverges from the *Vulgate* which has 'qui crediderit, non fēstinet.'
- ¹⁶ 'nostra peccāta' 1519:40v.
- ¹⁷ In BL-52359:23v. 'Quóniam prope est redēptio' is set GA.GF.G AC.CBCDCD.DC D.DDc.AD.DCBAGF.
- ¹⁸ 1519:41r. SB:c. has 'per ordinem'.
- ¹⁹ 1531:21r. has 'gentes et annunciate'; 1531:21r. has 'ómnibus' rather than 'ínsulis'.
- ²⁰ In AS:37. 'propugnatórem' is set D.D.D.DEFEDEFEDEFEDE.ED; 'terram' is set BCDCBC.CB. In 1519:41v. 'jurávi' is set DE.DB.BDCBCBAGAG. In BL-52359:24r. 'Salvatórem' is set GFF.DC.CDEFEDE.ED; 'introdúcat' is set AC.CB.ADCDE.D; 'jurávi pátribus' is set DE.ED.BDCBCBAGAG CCABCDFED.D.DBCDCBABCBA.
- ²¹ 'eum.' *Vulgate*.
- ²² 'Mádiam'. 1531:21v.
- ²³ In 1519:41v. 'est' is set CDEDEFGDDC. In AS:37. 'expectáció' is set F.GA.AG.GE.GFED. In BL-52359:24r. 'auferétur' is set FD.D.FF.DEFEDCDC; 'Juda' is set FGGF.F; 'ejus' is set F.DFFGDEDDC; 'est' is set CDEEDEFGDDC; 'erit' is set DCDFGFEGFG.GF; 'dentes ejus lacte' is set CD.D D.DC DE.D.
- ²⁴ *Sermo de Symbolo, in Append. Op. Tom. VIII. Capp. XI. XII. col. 1558, 1559 ed. post. Benedict. Paris. 1877.* [SB:cxxxv.] Pseudo-Augustine, 5th-6th c. 'Sermo contra Judaeos paganos et Arianos.' See also Matthew Reeve, 'Art, Prophecy, and Drama in the Choir of Salisbury Cathedral.' *Religion and the Arts*, X-2 (2006) : 161-190.
- ²⁵ 'quod'. SB:cxxxvi.
- ²⁶ testimónium de. [SB:cxxxvi.]
- ²⁷ 'in útero' is not in the
- ²⁸ "quem eum". SB:cxxxvii.


²⁹ [álii Johánnem Baptístam,] [SB:cxxxvii.]

³⁰ 'agnóvit'. SB:cxxxvii.

³¹ 1531:22r. has 'calciaménti sólvete'. In 1519:42r. 'venit' is set AG.B_bAB_bGGF. In AS:37. 'calciaménti ejus' is set thus:



In 1519:42r. 'testimónium' is set A.C.C.BDCC.CB. In AS:37. 'perhíbuit Johánnes' is set thus:



BL-52359:24v. has 'véniét', set GA.AGAGAGG.GF; 'corrígiam' is set F.F.EFGFED.ED.

³² 1531:22r. has 'Ecce jam venit', 'factum de vírgine' and 'charitátem qua diléxit.' In 1519:42r. 'véniét' has no flat; 'Deus Fílium suum in terris' has B_b; 'lege' has no flat. 1519:42r. has 'factum de vírgine'. In AS:38 'misit' is set A.G. BL-52359:24v. has no flat at 'véniét'. AS:28. has no flat at 'terris'. BL-52359:24v. has B-flat at 'in terris'. (GB-WO F. 160:11v. has B-natural at 'in' and B-flat at 'terris'.) 1519:42r. has no flat at 'eos' or at 'lege' or on the first two Bs of 'redímeret'.

³³ S. Augustin. ut supra §§ xiii., xiv., xv., xvi. col. 1560-1563. [SB:cxxxix.]

³⁴ [infántem] [SB:cxxxix.]

³⁵ sed ille [SB:cxl.]

³⁶ [de] [SB:cxl.]

³⁷ [ego] [SB:cxl.]

³⁸ ad hoc [SB:cxl.]

³⁹ volunt [SB:cxl.]

⁴⁰ Virgil, 4 Eclogue.

⁴¹ [vidísti] [SB:cxlii.]

⁴² sed enim [SB:cxlili.]

⁴³ sontes eternáque [SB:cxlili.]


⁴⁴ Sed tuba tunc [SB:cxlili.]

⁴⁵ Recídet [SB:cxlili.]

⁴⁶ AS:38. and BL-52359:25r. has 'in terram'. In AS:38. the final 'in' is set FF. 1519:42v. and 1531:23r. indicate the repetition after 'Glória Patri' is 'In salvatiónem'. AS:38. indicates the repetition back to 'Ambulábunt'.

⁴⁷ 1519:42v. has 'suscípiant'. In AS:38. 'montes' is set CCB.BA; 'erit in Hierúsalem' is set C.CDCBCBAGAG Ba BC.AG.FED.FGAAG. In BL-52359:25r. 'meam' is set FDFEDC.DFGAAG.

⁴⁸ 1519:43r. has no flat on 'habet'. In AS:38. 'habet' is set AAFG.GAB_bGA. In BL-52359:25v. 'habet' is set AAFG.FGAB_bGAG. In AS:38. 'a mari usque ad mare' is set as the conclusion of a verse thus:



a ma- ri us-que ad ma- re.

BL-52359:25r. has no flats.

⁴⁹ 'ista'. SB:cxlv.

⁵⁰ In 1519:43r. and BL-52359:25v. 'véniat' is set F.DEDC.C. In BL-52359:25v. 'ramos' is set CD.DAB \flat GFGAG; the first 'et' is set DF; no flat appears at 'fructus'; 'fácite' is set AFG.AG.GAGF.

⁵¹ Cf. Dominica Quarta, \mathcal{R} . I. 228. In 1519:43v. and BL-52359:25v. 'Dómini' is set GFEDDEFED.CDFEDE.ED.

⁵² In BL-52359:25v. the second 'et' is set EF.

⁵³ In 1519:44r. and BL-52359:25v. the final 'Allelúya' is set G.FE.D.D. In BL-52359:25v. 'regni' is set G.GA; 'non' is set A.

⁵⁴ In BL-52359:25v. 'Omnípotens' is set F.F.EF.DCD.

⁵⁵ In AS:39. 'clamántis' is set E.D.C. In AS:39. 'diligite viam' is set F.GA.A.AG AB \flat A.G.

⁵⁶ 1519: omits 'et córpora'.

⁵⁷ In AS:40. the final note of the psalm-tone is E. In 1519:44v 'Dóminus' is set D.D.FDFGAAG. In BL-52359:26r. 'regnum' is set GE.F.

⁵⁸ US-II:26.

⁵⁹ In 1519:44v. 'fortitúdinem' is set F.E.C.C.C. 1531:23r. has 'bráchií'. In BL-52359:26r. 'Dómini' is set D.F.D.

⁶⁰ 1519:44v.

⁶¹ 1519:44v.

⁶² US-II:26.

⁶³ '*sed post missam de apostolo dicitur missa de jejunio utraque ad principale altare*'. US-II:26. '*Sed post missam de apostolo que dicitur post tercium, missa solennis dicitur de jejunio post horam sextam*.' 1519:44v

⁶⁴ In AS:40. 'et non tardábit' is set G GA G.F.F. 1531:24v. has 'ipse véniat'. Breviarium 1516:25r. and the antiphonals have 'ecce véniat'.

⁶⁵ 1531:24v. ends 'dicit Dóminus Deus noster'; 1519:45r ends 'dicit Deus noster'. In 1519: 45r. and BL-52359:26v. the second 'consolámini' is set D.C.D.F.F.

⁶⁶ 1531:24v. has 'sicut fur véniat in nocte : ita et vos'. In AS:41. the final 'véniat' is set D.D.D. In BL-52359:26v. the first 'véniat' is set D.D.D.

⁶⁷ '*scilicet O. Sapiéntia*.' 1519:45r.

⁶⁸ 1519:45r.

⁶⁹ '*tunc dicitur responsorium de historia dominicali scilicet Non auferétur. [Si forte in sabbato inchoetur tunc dicitur \mathcal{R} . Qui ventúrus.]*' US-II:26.

⁷⁰ 1519:45r.

⁷¹ 1519:45r. has 'Et deinceps vero dicitur \mathcal{R} . *Festína. quotidie ad vespervas usque ad vigiliam nativitatis Domini, quando de temporali agitur : nisi in sabbato quarto dominice.*'

Notes.

⁷² In 1519:45v. 'tardáveris' is set Fe.FDEDFGF.FEC.DCDEFED. BL-52359:27v. has 'pópulum Dómini.' In BL-52359:27r. the first syllable of 'pópulum' is set DF; 'Dómini' is set D.DED.D. Crowding at 'Dómini' suggests that the reading in BL-52359:27r. is the result of a misreading.

⁷³ In 1531:25r. the antiphon *O sapiéntia.* appears here. For convenience it has been placed below with the other O antiphons.

⁷⁴ 1519:45v.

⁷⁵ 1519:45v.

⁷⁶ US-II:27.

⁷⁷ SB:clv omits 'ei'. In AS:41 'legem dedísti' is set F.G ED.F.D; 'rediméndum' is set FE.D.E.CD.

⁷⁸ In AS:42. 'claudis et' is set A.G F. In 1519:46r. 'apérit' is set F.DEDC.C; 'cárceris' is set Fe.DEDC.C.

⁷⁹ 1531:25r. has 'sedéntem'.

⁸⁰ In AS:42. 'Fílie' is set CF.F.F.

⁸¹ AS:42. provides only the incipit: 'O Thoma Dídime'.

⁸² 'Istud ultimum O. dicitur in festo sancti Thome apostoli ad utrasque vespervas super psalmum Magníficat.' 1519:47r.

⁸³ 'In die sancti Thome apostoli in quacunque die contigerit extra dominicam, ad matutinas fiat memoria de adventu cum hac antiphona.' 1519:47r.

⁸⁴ 1531:25r. has 'Dóminus Deus noster'. 1519:47r has 'Dóminus vester', and includes the Psalm-tone ending. In 1519:47r. 'timére' is set F.GA.G.

⁸⁵ 1519:47r.

⁸⁶ 1519:47r.